



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De collatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

12 Siverò episcopus instituit à patrono presentatum, acquiritur presentato beneficium iuste. c. 1. *et per totum, de instit.* Super hoc possem hic multa prescribere, quæ iustum volumen complerent: sed sunt tres, qui ediderunt super hac materia tractatus, ideo ad illos vos reicio. Primus est Rochus Curtius, secundus Paul. de Ciudad. tertius Cæsar Lambertinus. Illos si non graveris, perlege, & materiam istam amplam habebis: ego dicam in explanatione primæ signaturæ clausulas, quibus curia Romana utitur in hoc iure patronatus.

De collatione.

Collatio voluntaria & necessaria.

Tertio acquiruntur beneficia per collationem, quæ duplex est, aut necessaria, aut voluntaria: necessaria est, quam collator facere tenetur, veluti mandatario: ut in c. tibi. *et c. duobus, de refer. li. 6. ca. si ca. et seq. de concessio. preb. eod. lib. et §. 1. de man. Apo. in conc. Item collator nominato conferre tenetur. §. presatusque graduati. §. statuimus primo, de coll. in conc. plenè scripsi in tract. nomi. & inferius dicam. Item institutio ad patroni presentationem necessaria dicitur, in c. 1. de instit. lib. 6. per Pan. et alios in c. 2. in si. ne sede vacante.*

2 Voluntaria collatio est, quæ ex voluntate & liberè fit: & hæc regulariter solet fieri, nisi à nobilibus & potentibus cogantur, vel à mulieribus collatores: quod multoties in Francia fieri solet.

Collatio à quibus iure fieri possit.

3 Et hæc collatio quandoque fit à Cardinalibus ratione suæ legationis, vel episcopatus: ut in ca. 1. de offi. lega. lib. 6. & nuncius sedis apostolicæ habens potestatem legati de latere, beneficia conferre poterit: ut ibi tradunt doct. *et Dec. cons. 128. licet. et Paris. cons. 17. de bon. in 4. vol.*

4 Quandoque à patriarchis, c. 2. *et c. quia, de concessio. preb.*

5 Aliquando ab episcopis, c. 2. *et c. ex parte. et ca. constitutus, de concessio. preb. ca. ordinarii, de offic. ordinar. lib. 6. cap. omnes basilica. 16. qu. 7.*

6 Nonnunquam ab abbatibus, vel prioribus. c. si. *de instit. clem. una, de suppl. neglig. prelat.*

7 Item sæpius fit à capitulo. ca. proposuit, *de concessio. preb. c. eam te, de refer. c. si. capit. de concessio. preb. lib. 6. et quandoque ab episcopo & capitulo simul. c. postulasti, de concessio. preb. aliquando alternatiuè. c. cum in illis, de preb. lib. 6.*

8 Interdum etiam à singulis dignitatibus, vel canonicis. c. fin. *de preb. lib. 6.*

9 Interdum etiam fit à laicis ex privilegio, etiam non patronis, ut rex Francia ex privilegio confert Andegaven. decanatum, in c. dilectus. 2. *de preb. et alia multa beneficia iure regali. c. generali, de elect. lib. 6. gl. in c. Imperium. 10. dist.*

10 Et traditio pilei vel calami in collatione operatur, quod ille, cui collatio facta est, poterit ingredi beneficium propria autoritate: quia per hoc datur licentia & facultas ingrediendi. l. si ex stipulatione. ff. de quid oper. acqu. possess. c. 2. ubi Doct. *de consuet. Ludo. Roman. sing. 1. 6. consuetudo.*

Traditio pilei et calami in collatione

11 Servatur tamen ut provi sus mittatur in possessionem per aliquem, & hoc est usitatum.

12 Nonnunquam isti collatores conferunt per se, aliquando per alios, utpote per vicarios, & siue per se siue per vicarios conferat, ius acquiritur per collatoris ordinarii collationem, dummodo sequentia interueniant.

Requisita ad collationem bonam, & volentibus habere beneficia.

Primo ex persona collatoris seu eius vicarii requiritur, quod collator sit habilis, non excommunicatus. ca. postulasti, *de de. excomm. mi. ubi abundè scripsi, quod qui non potest conferre per se, nec per alium, facit clement. religiosus, de proc.*

Habilis conferens esse debet.

2 Item quod purè conferat, id est sine pacto, conditione, & modo: alioqui si conferat alieni, ut compenset talem: vel si quæ alia conditio interuenierit, collatio simo-

um debet.